Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26106
Copyright: Admont, Benediktinerstift



246

Beati autem qui sua propter dnm & propter euangelium relinquunt.
beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam quia ipsorum
est regnum celorum. Similiter & summi sacerdotes illu
dentes ad alterutrum cum scribis dicebant. Alios sal
uos fecit se ipsum non potest saluum facere. Ciuitatem nolen
tes efugiunt scribe & pontifices quod alios saluos fe
cerit. Itaque uos uiuum condempnat sententia. Qui enim
alios saluos fecit utique si uellet se ipsum saluare potest.
Xpe rex israel descendat nunc de cruce. ut uideamus
& credamus. fraudulenta promissio. Quid est plus de cruce
adhuc uiuentem descendere. an de sepulchro mortuum surgere.
Surrexit & non credimus. quia etiamsi de cruce descendere
simulatque non crederemus. Et qui cum eo crucifixi erant
conuiciabantur ei. Quorum quidem cum eo crucifixi erant conuicia
bantur ei quandoquidem unus eorum conuiciatus est secun
dum euangelium testimonium alter compescuit eum & indignum credi
dit non intellegamus matheum & marcum breuiter pstrin
gentes hunc locum pluralem numerum psingulari
posuisse. sicut in epla ad hebreos legimus pluraliter
dictum. concluserunt ora leonum cum solus daniel signu
ficari intellegatur & pluraliter dictum secti sunt cum de
solo esaya traditur. Quod autem usitatius uerbi gratia quam
ut dicat aliquis & rusticus in insultant etiamsi unus
insultat. Tunc enim essent contrarium quod lucas deuno ma
nifestauit si illi dixissent ambos latrones conuiciatos
dno. tamen possent sub numero pluralis unus intellegi.
Cum uero dictum est latrones et quia cum eo crucifixi erant nec
additum est ambo. non solum si ambo fecissent posset hoc
dici. sed etiam quia unus hoc fecit potuit usitato locu